

Sed sola
Substantia,

De quibus
Modi præ-
dicantur,

Sive imme-
diatè

Sive me-
diatè,

Disciplinas
subjectivè
constituunt,

causam, nisi rebellium titulo velint insigniri. Omnes eodem habentur censu, nec ipsa Quantitas, quatenus modus est, exemptionem imperii prærendit. Omnes novem idem occupant in Comitibus demonstrativis scamnum, illud nempe cui titulus Οὐ λελυκὸν, & ὄχι ὄρη, h. e. μὴ ὄν. 12. Met. 1. Sole Substantia sunt imperii Status 3. Met. 2. Vos ὁ miselli modi Satellites estis, quos in sui ministerium alunt Status, aut tituli dignitatum imperialium, quibus quisque Status gaudet, h. e. prædicata saltem estis Substantiis competentia, de quæ ipsis demonstrabilia.

§. 16. Et licet vestrum unus aut alter, qui suo domino (Substantia) proximior est, (ut Legatus) alios habeat Satellites ignobiliores (modos mediatos) habetis tamen eos quatenus utrique eidem domino (Substantia) paretis, & ut vobis demandata munia plura, omnia ad ejus nutum, commodiùs exsequi possitis. Ipsi verò quotcunque habeatis famulos, & famulorum servos, & servorum pueros, & puerorum puppas, h. e. conceptibilitatum conceptibilitates, principatum tamen non obtinetis, nec imperii (literarii) Statum (disciplinarem) subjectivè constituitis. Contenti igitur vestra forte dominos vestros (Substantias) strenuè porrò sequamini, ut in solennitatibus (demonstrativis) qui vobis præest Princeps vestro stipatus agmine dignâ contemplatione monstrari possit & dicier, *Hic est!* Relictis proinde suo loco modis, ad Substantias redimus, ut, quinam & quot in hoc Imperio (literario) principatus (discipline) contineantur, appareat.

CAPUT II.

De Notitia DEI, Disciplinarum Scopo.

§. I.

Prima Sub-
stantia,
DEUS,

Substantiarum autem h. e. Entium realium classem ingresses ante omnia statim in conspectum quasi prodit, quem humilimo mentis intuitu veneramus, *DEUS*, Ens entium, & ut Aristoteles loquitur *Substantia prima*, imò *primaria*,